

Philosophis, siquidem remini, æquitatem iuxta, aliquid  
 reuelare obligatum me esse sentio: nec ideo sies sollicitus,  
 quod thesaurum istum meis habeam in manibus, sed multò  
 potius hoc te angat, quod viderim, quomodo mundus crea-  
 tus fuerit? quomodo tenebræ in Ægypto exstiterint? quæ  
 caussa fiet Iridis? quomodo clarificata corpora, ab uniuersali  
 mortalium resurrectione, adparitura sient? qui color  
 fiet constantissimus? Verum vos ego interrogo, an vide-  
 ritis uniuersale, ingens, salsumque mare, absque vlla cor-  
 rosua, quod omnium rerum Tincturas in altissimos mon-  
 tes euehendi, omninò est sufficiens? Dicite, unde fiat ex  
 sulphure sulphur, & ex Mercurio Mercurius? Item, ubi  
 fit ex Mercurio sulphur, & ex sulphure Mercurius? Si ocu-  
 li vestri ideam ardentissimi amoris, quo vir, & vxor, in-  
 ter se inuicem complectuntur, adeo vt etiam in æternum  
 separari nequeant, sed præ nimio interno amore, unum fi-  
 ant, conspexeritis? Intelligitis nunc quæ jam loquar, & si  
 id manibus vestris elaboraueritis, & oculis vestris vide-  
 ritis, tunc vester sum socius, & notum vobis facio, quod  
 & ego idem sciam, nec quicquam mihi fiet gratius, quàm  
 vt arcanam vobiscum contraham amicitiam: cuius gra-  
 tiâ etiam libellum hunc conscribere perplacuit.

Si quis de difficultate huius artis forsitan conquera-  
 tur,